



Nobilissime Vir,

Qui crebris longisq; literis Nob. tuam visitant, illos ego  
in publica commoda peccare iudico. Interim non oportet  
nostri ordinis homines negligentes de in causis pijs, et quae  
charitatem spectat. Vir praeclearus et summus meus amicus  
D. Jacobus Lydius, doctissimus huius urbis Pastor, innotescere  
tibi studeat, et simul auxilium et consilium tuum implorare  
in opere charitatis, quae tibi semper cordi fuit. Agnosco huma-  
nitatem tuam, et quam soleas esse propitius doctis, et pro his  
quocirca longis verbis impetrare non studebo, quod tua  
sponte facile praestabis. Finio, et de animo scribo quod  
sim

Unus omni officio et  
affectu

A. Colvius

Dordrecht  
Kal. maij 1650



Nobilissimo Dn.

Dn. Zuylichemio.

